



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 12. Bestiarum ad venatum, ad litteras deferendas, ad concordiam  
mirabilis disciplina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

in sublime, doctus dudum à nautis S. Thomam Christi & Indiæ Apostolum laudare, intra raptoris vngues, canēs: *Sancte Thoma, ora pro nobis;* illico dimissus, inspectante populo, ostendit, quantum pro sit hominibus inuocatio Sanctorum, quando vel volueribus utile fuit, Diuos implorauisse.

§. XII.

*Bestiarum ad venatum, ad litteras deferendas, ad concordiam, mirabilis disciplina.*

Ne autem in voce sola existimemus avium consistere disciplinam, etiam ad venatum instituuntur. Hinc falconum, accipitrum, miluorum schola, & aucupiū, occupatio & voluptas magnatum. Hinc volumen iustum extat, de auium aucupio Fridericilli. Imperatoris, & Albert. M. de falconibus, Asturibus, accipitribus. Hinc & illud:

*Prado fuit volucrum, famulus nunc Martial.*

*aucupis: idem lib. 14.*

*Decipit, & captas non sibi mæret ep. 216.  
aves.*

Nec venatores tantum agunt aves; sed & tabelliones. Cecinna Volaterranus, equestris ordinis, comprehensas hirundines victoriae nuncias amicis mittebat, cum literis,

320 Cap. XIV. Quantum sic homini  
teris, quas earum pedibus ferendas alli-  
gabat. Columbae epistolas pedibus anne-  
tas, obsidione Mutinensi, in castra Con-  
sulum pertulere, D. Bruto mittente. Quod  
si hæc, sine avium instructione, saltem non  
sine earum ope, cōtigerunt. Marthes certè  
rex Ægypti cornicem habuit adeò cieurd  
& mansuefactam, ut quoquò jussisset ille,  
epistolas deferret: nō ignorans, quò trans-  
tiolandum esset, aut vbi considendum.  
Hoc, si magiæ suspicione caret, non in-  
telligentiæ, sed longè assuetudini cornicis  
est ascribendum. Quid enim assuetudo, al-  
tera natura, non potest? ipsam naturam  
mutat; qua impetratum est, quod, nisi à  
compluribus oculatis fideq; dignissimis te-  
stibus audiuissem, inter incredenda putaf-  
sem numerandum. Nam si fabulosum pu-  
tatur, quod Strabo scribit, apud Venetos,  
duos olim Incos celebres extitisse, Iunonis  
Argiuæ, & Dianaë Ætolicæ, in quibus fer-  
ita fuerint mansuefactæ, ut cerui lupis  
aggregarentur; quanto fabulæ similius vi-  
deri poterit, quod tamen verissimum est?  
In Heluetijs, locus Lucerna distat quatuor  
milliaribus, vbi Parochus, stupendo na-  
turæ miraculo, solebat hospites suos, inter  
pranda.

Strabo.  
lib. 5.

prandendum, oblectare. Pultem transfun-  
debat in patinam, & certo loco constitue-  
bat. Mox, signo dato, admirabiles conui-  
uas, ad vnam quadram, euocabat. Prosi-  
liebat è cauo hinc musculus, inde prodibat  
è cauea auis: aljunde cum cane aduentab-  
bat felis. Nec feli canis, nec muri felis, nec  
mus aui quidquam hostile faciebat. Sum-  
ma erat inter omnes amicitia, maxima  
concordia; nulla inuidia. Omnes, ex vna  
patina, simul epulabantur. Et, absumpta  
dape, ad sua, vnumquodquod animal cu-  
bilis quietè redibat: ita, vt auis ipsa sibi  
ostium caueæ & referaret, & clauderet; &  
musculus, quoties nominatim ab hero euo-  
caretur, de cauo suo procurreret; nec cane  
oblatrante, nec fele insidiante. Tantum  
homini adhuc dominium est à Deo relictū.  
Si vult, pacem amicitiamque colunt auis,  
canis, & felis, & musculus quoque non  
respuit disciplinam.

### §. XIII.

*Aquilarum succursus & discipline capacitas.*

Ne quis autem aquilam volucrum re. Aelian,  
ginam arbitretur dignari, atque seruire lib. 12.  
hominī nolle; meminerit, infantem à turri cap. 21.  
deiectum, à subeunte aquila seruatum, &

Bb 4 in